

plurimum, & eius gratia inciderat in multas calamitates & irreconciliabile Saulis odium, à quo ad mortem pertinaciter quærebatur. Interea fide ac sp̄e pendebat à bonitate Domini. Illam etiam experiebatur vbiq;. Inde colligebat Deū esse adiutorem suum: & hinc futurū, vt ipse tandem liberaretur ab omnibus angustijs, & inimici ipsius perderetur. De hac protectione & bonitate Dei erga se gloriat, dum de affectibus ipsius gloriatur. Alioqui maluisse videre salutē Saulis & omnium inimicorum suorum imputationem, quam perditionē. Ita & Psal 90. intelligendum est illud: Certè oculis tuis cōsiderabis, & retributionē peccatorū videbis. Sancti nec seipso querunt, nec inimicos odio priuato prosequuntur, nec de perditione illorū pro ingenij humani malitia lētatur. Verū quoniam à Deo pendent, & de illius erga se fide & prouidētia glorianter, & ante omnia diuinis nominis gloriam sicutiunt: fit ut cum magno gaudio videant, vel certè visuros se dicant, inimicorum suorum interitum: quoniam in illo vtrumq; cūm quod Deus sit protectōr sperantium in se, declaratur, tum nominis ipsius gloria vindicatur, quā in hoc Mūndo obscurabant homines impij. Sic filii Israēlis Deo laudes cantabant, vbi Pharaonis impij cum suo exercitu submersionem viderant. Ita & nos oīcum cum gaudio videbimus eorum exitium, qui veritati Christi pertinaciter repugnant.

PSALMVS LV. TITVLVS.

AD PRÆCINENDVM IN NEGINOTH, INTELLECTVS DAVIDIS.

ARGVMENTVM PSALMI.

Contra inimicorum, & maximè eorum, qui amicitiam simulauerant, improbitatem, dolos & imposturam ad Deum queritur, illiusq; opem implorat, & aduersarijs vltionem imprecatur. Qui vero illi sint, & qua ciuitas cuius meminit, quia non exprimitur, ad quam referendus sit historiam hic Psalmus, nō idem sentiunt cōmentatores. Quidam Ebraeorum exponunt Psalmum de coniuratione Absalom iuxta quem sensum, que de ciuitate corrupta ponit, intelligēda essent de Ierusalem. Ex nostris aliqui de ciuibus Keilah exponūt, quod illi iuxta diuinum oraculum fuerat Davidem in manus Saulis tradituri, vide 1. Sam. 23. Puto autem nihil impedire, quod minus de Saule & vrbe Saulis Gibeath posse hic Psalmus exponi, secundum historiam. Habet tamen pleraq; qua in veritate ad Christū pertinent: vnde & pleriq; illum de Christo & illius proditore exponunt.

Dispositio Psalmi.

Habet autem Psalmus quatuor partes precipuas. Prima est, qua petit precationē suam exaudiiri Propheta. Ea complectitur versum 1. & 2.

Altera narrat afflictionem & angustias, in quibus constitutus fuit: idq; versibus 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Tertia imprecatur vltionem hostibus, illiusq; causas assignat: vers. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

Quarta declarat quomodo animum Propheta resumperit, & futurum sibi diuinitū auxilium, & impij supplicium pollicitus sit. Huc pertinent reliqui versus ad finem usq; Psalmi.

PRIMA PAR.

V E R S . I.



XAVDI Deus preces meas, & ne auerseris precationem meam.

2. Accommoda te mihi, & exaudi me, dum in prece mea circumferor, & infremo.

L E C T I O N .

V E R S . 2.

Dum in prece mea circumferor, & infremo.] Ebr. אָדָר בְּשִׁירֵי אֲחִים תַּחַת. Græc. & vulg. Lat. Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum. Hieron. Humiliatus sum in meditatione mea, & conturbatus. Iustin. Obstrepam in lamentatione mea, & rugiam. Pagn. Clamabo in sermone meo, & tumultuabor. Felix: Lamentabor in depreciatione mea, & strepitum faciam. Felin Vociferor in prece mea, & infremo. Tigurin. Querulor in prece mea, & infremo. Campens. Turbatus sum enim, & præ dolore moueo me nunc huc nunc illuc, & inter orandum conturbor.

E X P L A - Hac prima parte implorat diuinam clementiam & benevolentiam, quae ad exaudiendum pres-
N A T I O . ces afflictorum parata est ac prompta. Quod enim dicit: Aduerte aures ad preces meas, & ne auerseris pre-
cationem meam, Accommoda te mihi, & exaudi me: nihil aliud est quam, Suscipe confugientem ad te, ac be-
nignus, cognita angustia mea, succurre. Verba quidem nihil aliud sonant, quam exaudiendi peti-
tionem. Verū sensus ipse includit primū diuinam benevolentiam, vnde omnia fluunt: deinde
& auxilium, quod plerunque sequitur exauditas cum benevolentia preces. Inuenias qui afflictum
patienter quidem audiant, vt sperare possis sequuturam opem: verū quoniam animo non au-
diunt beneulo, fit vt nihil auxiliū inde sequatur. Apud Deum non ita habet. Vbi ille audit, con-
iuncta sunt hæc duo, primū benevolentia, deinde auxilium. Ad hanc benevolentiam respicit,
quod dicit: Aduerte aures: &c. Ne auerseris, & accommoda te mihi. Nam hæc sunt benevolentiae signa, si prin-
ceps oppresso clementer accommodet aurem, caput adflectat, & faciem non auertat. Ardorem &
vehementiam precandi exprimit, dum dicit: Dum in prece mea circumferor & infremo: שִׁיר, inquit, in
prece mea non significat simplicem precationem hoc loco, sed anxiam illam animi afflictionis
murmurationem, qualis erat Annae matris Samuelis. Vnde & illa 1. Samu. 1. ita ad sacerdotem Eli
dixisse legitur. בְּמִזְרָב שִׁיר וּכְעַדְרָתִי עַד הַבָּת. Quoniam è multitudine anxiæ meditationis meæ &
& mœroris mei loqua sum haec tenus, Huc facit quod dicit: Circumferor & infremo: quibus verbis declarat